Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26172
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uocabula in parte contraria uendicasse. Germanus. viiii.

Nos eatenus credebamus causam atque initium ruine, seu preuaricatio
nis diabolice, qua de angelica statione deiectus est inuidiam spe
cialiter extitisse, quando adam et euam liuida calliditate decepit.
x. Serenus. Non esse istud preuaricationis illius seu deiec
tionis initium geneseos lectio manifestat. quae ante illorum decep
tionem serpentini nominis nota eum credidit inurendum ita dicens:
serpens autem erat sapientior: siue ut hebraici exprimunt libri.
callidior cunctis bestiis terre, quas fecit dominus deus. Intelligitis ergo
quod ante illam circumuentionem primi hominis de angelica disces
serat sanctitate, ita ut non solum nominis huius insigniri meretur in
famia, sed etiam in nequicie tergiuersatione ceteris preferretur bestiis terre.
Non enim tali uocabulo scriptura bonum angelum designasse, nec
de his qui in illa beatitudine perseuerant dicere. Serpens autem
erat sapientior omnibus bestiis terre, nam hoc cognomen non
solum gabrieli uel michaeli nullomodo posse aptari, sed ne bono
quidem cuiquam homini conuenire. Aptissime itaque et serpentis
uocabulum et comparatio bestiarum non angeli dignitatem, sed preuari
cat oris infamiam, denique liuoris ac seductionis materia qua
ut hominem deciperet instigatus est. De anterioris ruine causa
extitit quod scilicet de limo terre nuperrime figuratum ad illam eum gloriam
cernere euocandum. unde cum esset unus de principibus se memine
rat corruisse. Et iccirco priorem eius lapsum quo superbiendo corrue
rat quo etiam serpens meruerat nuncupari. secunda ruina per in
uidiam subsecuta est, per quam inueniens adhuc eum aliquid in se
rectum habentem. ita ut etiam cuiusdam colloquii cum homine
possit habere consortium, sententia domini eum in ima utiliter deiecit
ut non iam sic ante sublime aliquid intuens et excelsus ince
dere, sed ut solo coherens reperere, et humiliatus super uentrem

sonat

atque consilii